



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Ludgardis Virg. 16. Iunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

16.Iunii. VITA SANCTORVM. 301
securi subdidit: sed quantumcumq; properaret, si-
lius cælū subeunti jam coronatus occurrit. Ex Sur.

Non solum effusio sanguinis in confessione reputatur,
sed devote quoque menis servitus immaculata quoti-
dianum Martyrium est. Illa corona de rosis & violis
plebitur, ista de liliis. S.Hieron.in Epitaph.Paulæ.

S. LUDGARDIS VIRG. 16.Iunii.

Nulla pulchrior virginitate est virtus, quæ
DEVM etiam hominis facit rivalem. Ambie-
rant LVDGARDIS thalamum complures, nec igno-
biles terræ filii, & ex his familiariū uni fortè lo-
quebatur, cum ei sanctior sponsus CHRISTVS pe-
ctus suum, & in pectore cor saucium ostendit, &
extra hoc nihil deinceps jussit querere. Inde vi-
delicet humana omnia usque adeò illi jam vi-
lescere, ut præter crucifixi nulos amores scirer,
præsertim ubi ab ejusdem vulneris nectare ebria,
tota jam ibi habitabat, ubi sanctior amor degit.
Deposuerat DEI MATER apud LVDGARDEM que-
relas suas, quibus filium ab Albigensibus hæreticis
iterum in crucem agi dolebat. Hic ut luctum vir-
go suum testaretur, VII. annorum sibi jejuniū
indixit, alterumque æquè longum pro peccan-
tium salute adjecit, & subinde SPONSVM irato PA-
TRI vidit supplicem, & vulnera velut clypeum
pro orbe perituro objicientem. Martyrii deside-
rio tam bulliebat in amante sanguis, ut arteriam
aliquando ruperit, cælumque idem præmium,
quod martyribus spoponderit. Sacrum epulum
adire inter Angelos non semel, quandoque etiam
inter MARIAE & D.Joannis comitatum visa est.
Ante obitum oculis orbata, nunquam tamen ma-
gis cælestia, quam tum vidit. Morienti enim cum

N 7

MA-

VITÆ SANCTORVM. 17. Junii.
MATER, & aliis Cælitibus obvius SPONSVS venit:
quibus ducibus in cælos abiens, errare etiam cæca
non potuit. Ex Surio & Lippeloo.

Putasne Filium Dei reputat JESVM, quisquis ille est
homo, qui ipsius nec terretur comminationibus, nec at-
trahitur promissionibus, nec preceptis obtemperat, nec
consiliis acquiescit? S.Bern.in Serm.

S. RAINERIUS C. 17. Junii.

RAINERIVS Pisanus cupidatum æstu abre-
ptus, ad infames adolescentiæ scopulos nau-
fragium innocentiae fecit: enatavit tamen arre-
ptâ pœnitentiæ tabulâ, & Sacerdoti expiandum se
stitit. Sed obstitit noxius pudor, ne omnia probra
deterget: donec Angeli voce silentium incre-
pantis animatus bona fide se reum peregit. Judex
confesso mulctam nullam imposuit, profectus
eius arbitrium cælesti sibi numen reservasse: ex
eo tempore cum finem flendi nullum faceret, oculi
cum lacrimis extillarunt, tanto parentis dolore,
ut vitam abrupturus sibi fuerit, nisi Deus precanti
lumen reddidisset. Publicus deinde pœnitentiæ
præco factus, reversusque Hierosolymis inusita-
tam in paternis ædibus Mephitin est odoratus.
Causam indaganti, ita olere opes, Christus respon-
dit, cæterumque luxus apparatus. Ergo iis quo-
que abdicatis, Hierosolymitanum iter rudi sag-
indutus repetiit, ad durissimas leges vitam omnem
exigens, maximè postquam sobriè cum viro sacra-
to prandentis linguam vespa aculeo fodit, velut
temperantiæ vindex. Posthac enim ad panem &
aquam obsonium nullum adhibuit: condimenta
tamen cælo petebat, saepe Christum cum Matre
habere convivas solitus, quod prodigiis omnibus,

guæ